

5^{de} Zondag na Driekoningen.

Introitus

Adoráte Deum, omnes Angeli ejus: audívit, et laetáta est Sion: et exsultavérunt filiae Judae. Dóminus regnávít, exsúltet terra: laeténtur insulae multae. Glória Patri.

Collecta

Famíliam tuam, quaesumus, Dómine, continúa pietáte custódi: ut, quae in sola spe grátiae caeléstis innítitur, tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum.

Epistel

Fratres: Indúite vos sicut elécti Dei, sancti et dilécti, víscera misericórdiae, benignitátem, humilitatem, modéstiam, patiéntiam: supportántes ínvicem, et donántes vobismetípsis, si quis advérsus áliquem habet querélam: sicut et Dóminus donávít vobis, ita et vos. Super ómnia autem haec, caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis: et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore: et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia, docétes, et commonétes vosmetípsos psalmis, hymnis, et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne quodcúmque fáctis in verbo, aut in ópere, omnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agétes Deo, et Patri per Jesum Christum Dóminum Nostrum.

Graduale

Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terrae glóriam tuam. Quóniam aedificávit Dóminus Sion, et vidébitur in majestáte sua.

De heidenen zullen uw Naam vrezén, o Heer, en alle koningen der aarde uw heerlijkheid. Want de Heer heeft Sion opgebouwd en zal in zijn heerlijkheid worden aanschouwd. (Ps. 101, 16-17)

Alleluja

Allelúja, allelúja. Dóminus regnávít, exsúltet terra: laeténtur insulae multae. Allelúja.

Alleluja, alleluja. De Heer regeert, de aarde juiche; dat zich de vele eilanden verheugen. Alleluja. (Ps. 96, 1)

Evangelie

In illo témpore: Dixit Jesus turbis parábolam hanc: Símile factum est regnumcaelórum hómini, qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormírent hómines, venit inimícus ejus, et supereminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Cum autem crevísset herba, et fructum fecísset, tunc apparuérunt et zizánia. Accedétes autem servi patrisfamílias, dixérunt ei: Dómine, nonne bonum semen seminásti in agro tuo? Unde ergo habet zizánia? Et ait illis: Inimícus homo hoc fecit. Servi autem dixérunt ei: Vis, imus, et collígimus ea? Et ait: Non: ne forte colligétes zizánia, eradicétes simul cum eis et tríticum. Sínite útraque créscere usque ad messem, et in témpore messis dicam messóribus: Collígite primum zizánia, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum, tríticum autem congregáte in hórreum meum.

In die tijd hield Jezus de menigte deze gelijkenis voor: Het rijk der hemelen lijkt op een mens, die goed zaad op zijn akker zaaide. Maar terwijl de mensen sliepen, kwam de vijand, zaaide onkruid tussen de tarwe en ging heen. Toen nu het graan opkwamen vrucht begon te zetten, toen werd ook het onkruid zichtbaar. Dan gingen de knechten van de heer naar hem toe, en zeiden: Heer, hebt gij geen goed zaad op uw akker gezaaid? Waar komt dan het onkruid vandaan? en hij antwoordde hun: Dat heeft een vijandig mens gedaan. De knechten vroegen hem nu: Wilt gij, dat wij het gaan uittrekken? Maar hij antwoordde: Neen; want als gij het onkruid uittrekt, zoudt gij misschien ook de tarwe uitrukken. Laat ze beide opgroeien tot de oogst; dan zal ik in de oogsttijd tot de maaiers zeggen: Verzamelt eerst het onkruid, en bindt het in bundels, om het te verbranden; maar bergt de tarwe in mijn schuur. (Matth. 13, 24-30)

Offertorium

Déxtera Dómini fecit virtútem, détera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

De rechterhand des Heren deed wonderen; de rechterhand des Heren hief mij omhoog; ik zal niet sterven, maar leven, en de werken des Heren verkondigen. (Ps. 117, 16 en 17)

Secreta

Hóstias tibi, Dómine, placatiónis offérimus: ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Wij dragen U, Heer, dit zoenoffer op: opdat Gij in uw barmhartigheid onze zonden kwijtscheldt en zelf onze wankelende harten bestiert. Door onze Heer...

Communio

Mirabántur omnes de his quae procedébant de ore Dei.

Allen verwonderden zich over de woorden die er vloeiden uit de mond van God. (Luc. 4, 22)

Postcommunio

Quaesumus, omnípotens Deus: ut illíus salutáris capiámus efféctum, cujus per haec muystéria pignusaccévimus. Per Dóminum.

Wij smeken U, almachtige God: laat ons eens dat heil bereiken, waarvan wij door dit mysterie het onderpand hebben ontvangen. Door onze Heer...